

7514 M. Caedici | Fausti | negotiator. | de sacra via. || Caedicia | Syntyche | conliberta.

Romae, nunc in castello quodam Angliae (VI 9662 vidit Matz).

7515 d. m. | Q. Marcius . . . s decurialis, | negotiator ca[mp]i pecuari, | sibi et suis v[iv]us fecit et | libertis li[berta]busque | posteris[que eorum]. | H. m. [h. n. s.]

Romae (VI 9660 partem vidit Henzen).

7516 C. Iulio Amaranto | de foro suario | mercatori, fecit |

Romae (VI 9631 p. 3470 ter ut videtur descripta saec. XVII).

Negotiantes fori vinarii Ostiae, supra N. 6168. Adde N. 5368.

7517 Ulpio Eutychemi negotianti | cas. pr.¹, Ulpia Secundina coniugi | et filii Ulpus Secundinus et Ulpia Iulia et Ulpia Secundina et | Ulpus Iustus parenti dulcissimo comparaverunt et sivi et suis et | libertis libertabusque [poste]risque eorum quo[rum me]moria².

Romae (VI 9661 semel descripta saec. XIX). — 1) Castrorum praetiorum (cf. N. 7435 not. 1). — 2) Apparet titulum non integrum esse.

7518 d. m. | In hoc tumulo iacet corpus exanimis | cuius spiritus inter deos receptus est, | sic enim meruit, L. Staius Onesimus | viae Appiae multorum annorum negotias (sic)¹, | homo super omnes fidelissimus, | cuius fama in aeterno nota est, | qui vixit sine macula an. p. m. LXVIII, | Statia Crescentina coiux | marito dignissimo et merito, | cum quo vixit cum bona concordia | sine alteritrum animi lesionem (sic), | bene merenti fecit. (*In parte aversa titulus Christianus*).

Romae, nunc Veronae (VI 9663 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 6630.

7519 L. Licinius | M. f. Pol. Nepos, | cuius de vita merito | pote nemo queri¹. | Qui negotiando locupletem | se speravit esse futurum; | spe deceptus erat et a multis, bene meritus, amicis. | Hanc casulam in parvo fecit supremi temporis | sedem maiori cura | quam inpensa potuit. | Diis parentibus suis² | hunc lapidem posuit | supremum semoto loco, | sup[er] quem factum est | ut remanerent ossa | et cineres C.³ fratris, et | sua ube requiescerent, | et per quem testari posset, | quam laboriose et non | secure vixisset. Qui vivos | multis in futurum su[per]rem[ia] hospitia donavit amicis; | cuius in hospitio requiesc[er]unt multis gratis, | et amicis; quos roga[nt] ut, quod eis superat, suis | donent gratis, ne vendan[t]. Vitent homines avaros, audaces, monumentorum | sacrilogos⁴, per quos | decessis numquam | requiescere licet. | — Diis manibus sacrum. | Homo, violare noli, si te | moriturum putas. | P. q. XII.

*Romae ad viam Salariam rep. (VI 9659 cf. 33314 vidit Henzen). Tractavit Jordan Herm. 15, 1880 p. 534. — 1) Versus facere temptavit scriptor, cf. Buecheler *carmin. epigr.* 1583. — 2) Cf. Jordan *l. c.* p. 530; item supra N. 1078 not. 1. — 3) Gai. — 4) Sic scriptum etiam in *l. Ostiensi XIV 1046*.*